



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XVIII. Grammaticæ institutiones quomodo docendæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Aristoteles, tum Gesnerus tractat diligens imprimis naturarum inuestigator.

Cum homo autem sit quasi parvus mundus, de eo plures sunt scientiæ, quasi species Anthropologiæ.

Medicina.

Nam si corpus spectemus, vel consideratur eius natura, & partes: & est species scientiæ de anima: de hac autem accuratissime agit Vesalius, vel considerat corp⁹ ut sanabile est, & est subalternata priori, Medicinæ scilicet, quam diuidunt in actiuam, & contemplatricem, quæ iterum diuidunt in physiologiam, quæ rerum naturas inquirat, ut earum viribus, ad sanitatem utatur; quam partem iterum diuidunt in physiologiam elementorū, humorum complexionū, potentiarum, membrorum, & in ætiologiam, quæ inuestigat causas omnium morborum, & symptomatum & tertio semioticam, quæ signis conicit vel præterita, vel præsentia, vel futura de his omnibus tractatū est ab Hippocrate Coo, & eius interprete Galeno, ac deinde ab Auicenna, aliisque. Scientia autem quæ tractat de animo hominis, dici potest Noëtice, estq; triplex: primo quæ animi actiones, ut tales sunt, explicat, hæc vocatur solet Animastice à latinis; huius duæ sunt, quasi subalternatæ: prima quæ dirigit operationes intellectus ad verum, Logica scilicet, vel voluntatis ad bonum, seu honestatē, estq; philosophia moralis, quæ iterum duplex, princeps, & ministræ; hæc dicitur oratoria, diuiditurq; in Dialecticam, Rhetoricam, & Poëtice. Illæ n. scientiæ sunt inuentæ ut voluntatē incitent ad honestum. Princeps vocatur Ethica, seu proprie moralis, cuius obiectum sunt actiones humane, ut bonæ, vel malæ; admodum varie hanc diuidunt, de quibus suo proprio loco: tractauit hanc Aristoteles in libris Nicomachiis, Magnis moralibus, Politicis. Huc referri potest Iurisprudentia, cuius altera pars est positia, altera epideictica, seu demonstratiua. Cuius variæ partes sunt. Scientia quæ tractat de quantitate; alia de continua agit; alia de discreta; quæ de continua vno nomine generaliter appellatur Geometria, diuiditur hæc dupliciter, alia n. agit de lineis, & superficiebus, & nomen proprium non habet, sed generale sibi vendicat, & vocatur Geometria; alia agit de corpore solido, diciturq; Stereometria quasi mensura solidorum.

Iurisprudentia.

Scientiæ de quantitate.

Adhuc aliter Geometriam diuidunt, in eā quæ de quantitate, ut per se existit, disputat; & continet has ita dictas, & in eam quæ quantitatem tractat, ut est coniuncta cum materia, sensibus obnoxia, & à parte sua primaria, vocatur Astronomia; alii vocant Mathematicam impuram, quia non agit de quantitate solitarie considerata. Hæc rursum diuiditur in Astrologiā, Geodæsiā, perspectiuā, & Mechanicam.

Astrologia est quæ differit de motibus mundanis, magnitudine, figura, illuminatione, & distantia celestium corporū; eius partes sunt tres; Gnomonica; quæ positiu gnomonis seu styli tempus metitur. Secundo Meteoroscopica, quæ eleuationum differentias, cæteraq; theorematum speculatur, tertio dioptrica, planarum distantias, & cæterarum stellarum instrumentis dioptriciis indagar. Respectiua, illa est, quæ radiis visoribus, linearum instar utitur, & angulis ex his lineis constitutis: Hæc iterum triplex est, primo perspectiua proprie dicta, quæ causas reddit earum apparentiarum, quæ aliter quam sunt, nobis esse videntur, vel propter distantias, vel situm, vel medium. Secunda specularia quæ versatur circa varias refractiones. Tertia, Sciographice quæ scilicet est umbrarum designatrix, & rationem reddit variarum apparentiarum ex umbris. Geodæsia est scientia quæ res varias ut agros, acervos, puteos, turres visibilibus lineis metitur; hæc si de terra vniuersa & mari agat vocari solet Geographia; si de vna aliqua regione, Chorographia; si de vno aliquo loco, Topographia. Mechanica varias artes complectitur, & idcirco fere eandem cum ar-

Mechanice.

te definitionem habet, licet proprie Mechanicæ non sint illæ, quæ nullum post se opus relinquant, ut ars saltandi: huius autem partes sunt Architectonica, quæ est omnium edificiorum, Organopoëtice, variarum machinarum, & instrumentorum, concinnatrix. Tertia Thaumapoëtice, quæ spiritibus, ponderibus, neruis, ignibus mira quædam efficit, huc referunt magiā quam vocant naturalem, quæ nullis præstigiis magicis utitur, propter reconditam tamen cognitionem rerum, effectus tales edit, qui videantur naturaliter fieri non posse, sed ope demonum. Ut cum Archimedes solus nauem trahit. Circa quantitatem discretam versatur Arithmetica, aliam vocant speculatiuā, aliam practicā, hinc subalternata est Musica, quam itidem in speculatiuā, & practicā diuidunt. Vtraq; tam practica, quam speculatiua diuiditur in Melicam, Harmonicam, Rhythum. Melica continet pedes oratorios, & poëticos; itaq; quoad hanc partem poësis, & Rhetoricæ subalternabantur Musicæ. Harmonica est ratio sonorum acuti, & grauis, quorū proportionem omnes cantiones perficiuntur. Rhythmus est artificiosus corporis motus, secundum constitutionem choreæ. De ente in creato, Deo Optimo Maximo, S. Angelis multa scire nobis datum est, de Deo præsertim, qui utcumq; ex creaturis cognosci potest.

Scientiæ quas nominavi multas sub se partes habent, & in singulis partibus difficultates, quas solum illi, qui diutissime, & diligentissime eis operam nauarunt esse nouerunt, nunquam penitus penetrarunt. Hæc omnia in republica docenda veniunt, & in horū vna parte excellere præclarum est. Verum mihi pro Republica agenti propositū est methodum sequi & modum tradendi ipsas scientias vulgare. Pluribus n. obstat discendi conturbatio, ne ad sapientiā veniant, quam ingenii imbecillitas, aut proficiendi voluntas.

CAP V T XVIII.

Grammaticæ institutiones quomodo docenda.

§. 1. Grammaticam omnium artium fundamentum dixerunt: sed fundamentum est postquam tentata turris cælo erigenda, linguas hominū in Babylonem confudit ingentem machinam illi, nullo vtu, sed superba vanitate molebantur, ut posteris admirationem facerent; ambitionem illam hodieq; luimus, ut teneros literis, & syllabis annos impēdamus; multos annos signa rerum discimus, & pene senescimus, antequā loqui sciamus. Felix illa hominum soboles, quæ in peregrina verba linguam non torquebat, quæ sine labore, cum lacte, maternum sermonē bibebat. Nuncon iugationum & declinationum trix, varietateq; & ternæ, quaternæque linguæ, pessima, sed necessaria cura nos detinent. Sed quia iugum hoc omnibus nobis impositum est, ut leniter feramus; & prudentia leuius reddamus, conandum est.

§. 2. Primo quidem à paruis incipiendum, quia enim omnia simul capi non possunt, particulatim, omnia sunt teneris animis intellenda. Fascem illum colligatum imbecilla manus frangere non potest, idcirco singula virgulta comminuenda sunt. Pauca igitur, & varia, primæ proponantur ætati. Sit Schola, in qua rudimenta, & initia quædam, seu generalia quædam Syntaxeos, & orationis concinnandæ præcepta tradantur.

Societatis nostræ ordo ita habet; ut in Schola infima perfectæ rudimentorū, inchoatam Syntaxeos cognitionem magister tradat. Quinq; horis in singulos dies hæc docentur. Nam ostendere hæc animus est, multis aliis valitura, præsertim cum eo modo adolescentulos, & pueros pene humaniorum literarum Cyclopædian, absoluere animaduertam.

Duæ

Grammatica ante turrim Babylonem non necessaria.

Laboriosa linguarum est diuersitas.

Sensum tradenda pueris loquendi præcepta.

Societatis infima cito adolecentes Grammatica educit.

Schola in-

Duae horæ ante meridiem, totidemque à prandio exerceantur. Libri sunt rudimenta, Cicero, lectio Græca, Catechismus, introductio Syntaxeos. Hac varietas ita in suis tempora ordinatur.

Ad laborem excitanda et as tene-

Prima hora penâ lectionum quas domi mandasse memoriæ oportuit, exiguntur, ac recitantur. Nihil enim utilitatis adfert labor magistrî, nisi adolescentulorum memoria excolatur perpetuo exercitio, quem laborem discendi quo magis fugit improvida ætas, eo magis enitendum fideli magistrî, ne litu, & squalore, vegetas puerorum memoriolas, obduci patiantur.

Scriptio emendanda.

Tullii autem faciliores Epistolæ ediscuntur, ut ex ipso fonte, latinam linguam hauriant, atque inter primordia, numeris Ciceronianis assuescant.

Eadem hora thema quod vernacula lingua traditum pridie fuit, magistrî offertur, & corrigitur, si non omnium, at plurimorum, tum publice, tum priuatim ut in aliena scriptioe sua, vel errata, vel *κατορθώματα* recognoscant.

Expositio Ciceronis.

Huius exercitationis tanta est utilitas, ut pene sola doctos possit efficere: mutua enim amulatio, in alienis erroribus acuti, suos facilius vitant. Præsertim cum omnia publice, & in luce geri, conspiciant.

Alterâ hora Ciceronis expositionem habet, postquam repetita est pridiana lectio. Exponuntur vero non nisi quatuor versus, ne multitudine obturbentur, quos primo vel magister legit, vel legi curat, ut verborum perfectam pronunciationem, quantitatemque syllabarum illo usu addiscant. Deinde argumentum vernacula lingua exponitur. Secundo periodum ad verbum interpretatur. Tercio à capite recurrens structuram indicet, & periodum retere, quæ verba, quos casus regant, ostendat, pleraque ad explicandas Grammaticæ leges perpendat, latina lingua observationem vnam aut alteram, sed quam facillimam afferat; metaphoræ exemplis rerum notissimarum demonstrat, nec quicquam, nisi forte argumentum, dicet.

Facili argumento excendi.

Discendum argumentum scribendi, vulgi sermone ad verbum, perspicuum, nec fere versibus quaterius longius, quod ad præcepta Grammaticæ potissimum referatur; eiq. interdum discipuli aliquam Ciceronis breuem versionem, aut locutionem ex præscripto Syntaxeos, aut ea ipsa, quæ sunt ex Græcis rudimentis ediscenda, aut alia id genus subscribere iubeantur.

Ultima semihora ex declinationibus, aliisque exercitationibus, pars aliqua explicatur, aut disputatione concertatur, ad quam omnes paratos esse oportet.

§. 3. Fructus igitur est, primus memoriæ exercitatio, & linguæ expositio: alter, thematis emendatio, quæ omnia ad Grammaticæ præcepta expendit; si quid in vllâ legem commissum est; si orthographiæ, si interpunctionis error, totum lima tollit. Quod tanti esse Cicero iam Romæ celebratus, & inter primarios oratores numeratus existimauit, ut in Græciam, Asiæque proficisceretur, & Moloni se præsertim applicaret, de quo in Bruto gloriatur: *Ασιδυσίμω*, inquit, mecum fuit Dionysius Magnes, erat etiam Aeschylus Gnidius, A-dramitenus Xenocles, in tum in Asia Rhetorum principes numerabantur. Quibus non contentus, Rhodum veni, meque ad eundem, quem Romæ audieram, Molonem applicavi, cum a-ctorem in veris causis, scriptoremque præstantem, tum in no-maduerfor-tandis animaduertendisque vitis, & iustituendo, docendoque prudentissimum. Is dedit operam, (si modo id consequi potuit) ut nimis redundantes nos, & supersuantes, iuuenili quadam dicendi impunitate, & licentia reprimeret, & quasi extraripas diffuentes coecerneret. Ita recipi me biennio post, non modo exercitator, sed prope mutatus. Nam & contentio nimia vocis reciderat, & quasi refriguerat oratio, lateribusque vires, & corporis mediocritas habitus accesserat.

latura magna ne-

Hoc ideo moneo, quia tædiofissim^o est labor aliena corrigendi, & cum cui hoc beneficium impendi-

tur, sepe contristat; ideoque à magistris, qui sui iuris sunt, gliguntur suisque auspiciis, & iudicio docent, ingenti iactura errores scribentes nobiles defectu monitoris, verborum, gestuum, morum quasdam molestias, & ineptias, quas vno verbo doctor tollere poterat, tota vita retinere.

Magnum quoque emolumentum adfert auditio lectionis latino vernaculæ, eiusdem repetitio, & thematis scriptio, regularum Grammaticæ exercitatio.

§. 4. Hæc diuersitas ingenii grauis non est. Ingeniosi per lusum, mediocres facile, tardi mediocri labore quatuor versus addiscunt, quos pridie in scholis explicari audierant: thema etiam breue est, & ex lectionibus præsidia ad illud concinnandum dantur.

Duobus modis hoc in ordine, iam olim à puerorū institutoribus peccatum est. Quidam enim nulla Ciceronis, nulla Syntaxeos, aut libri mentione facta, rudimenta, declinationes, genera inculcant; & rebus inamœnis assidue repetitis, nullo usu tanti laboris ostenso premunt ingenia, cruciantque, & quod grauissimum est, sine emolumento; tres quatuorue interdum annos miseros atterunt, nec eo deducunt, ut tria verba recte fari discant. Hinc olim antequam societatis industria scholas explicaret, grandæuos, & barbatos adolescentes in epistolio concinnando sudare Pallas indignabatur. Alter error etiam grauior fuit, puerilibus enim rudimentis, lectiones grauiiores quas illi non caperent, admiscebant. Ideo nec examinari, nec institui poterant. Sunt, qui rudimenta, Syntaxin, Poëticen, Rhetoricen, Dialecticæ eodẽm doceant. Memini me in secunda Grammaticæ, discipulum bono ingenio, & grandi natu habuisse, qui cum in scriptioe alternis quoque versibus impingeret, nõ modo Poëtices, & Rhetorices, sed Logices etiam definitiones, & præcepta promptissime recensebat. Admiratus tentare cœpi, an aliquid eorum intelligeret; verum ita respondebat, ut ostenderet, se cum genus, aut speciem definiret, ne suspicari quidem, quibus de rebus loqueretur.

Errores magis in docenda tenetate.

Maiora nõ sunt docenda, quam pro ætate.

§. 5. Dixi de horis antemeridianis; post meridiem prima est memoriæ exercitatio recitanda Grammaticæ, tam latine, quam Græcæ. Scripta deinde emendantur, deinde Grammatica exponitur, exemplisque declaratur.

Secunda hora introductio Syntaxeos, hoc est generales regulæ explicantur. Græcis vero quarta pars horæ tribuitur. Vltima media, paruulus exercitio committitur, & voce depræciatur, confessus prærogativa, titulorum decore, premiolorum inuitamentis decoris metu ad victoriæ cupiditatem incenditur.

Disputatio nes amulatio accendit.

Multis videri solet importuna linguæ Græcæ in exordiis mentio, verum experientia docuit, si paucissima proponantur, facili negotio sensim instillari; postquam vero iam in latina lingua iustos profectus fecerunt, difficilime ad elementa Græcæ posse reduci. Verum de lingua Græcæ alio dicam loco.

Hunc cursum puer ingeniosus, diligens, & iam aliquo iudicio præditus medio anno facile peragere potest. Quia tamen plerique infirma sunt ætacula, nec magni laboris capaces, domi etiam indulgetur, ne penia sua reddant, fere annum tempus impenditur.

§. 6. Hinc igitur ad mediam Grammaticæ Scholam fit gradus, in qua requiritur totius Grammaticæ, sed imperfecta tamen Syntaxeos cognitio. Generalibus enim regulis quam in Schola didicerunt faciliores appendices duntaxat adiunguntur. Ex Græcis nomina, & verba contracta, & in *πρ*, facilioresque formationes, etiam Catechismus Græcus, aut tabula Cebetis. Auctores proponuntur epistolæ familiares Ciceronis, facillima Ouidii carmina, de Tristibus, de Ponto.

Media Grammaticæ.

Ingeniosus & diligens vno anno vtriusque scholæ necessaria addiscere potest.

Ex-

Auctor diffi-
cilior, &
exponendi
ratio do-
cior propo-
nitur.

Exponendi eadem ratio, & memoriae exercitatio, quae supra ostensa. Sed ex parte tamen diuersa. Nam primo plura in Cicerone exponuntur, & difficiliora, quae enim facilia sunt, iam ante intellexerunt. Deinde, doctius explicantur, constructio orationis, & exercitia Syntaxeos praecipue inculcantur. Tertio, verborum elegantiae, exquisitioresque phrasae traduntur. Quarto, Poeta facili exponitur, non ut iam versus pangere aggrediantur, sed ut ad difficiliora intelligenda paulatim infuscant, & numeros hauriant, quorum tamen rationem nondum percipiunt. Oritur hinc, & alia utilitas, ut scilicet non modo numerosae orationis suauitate capiantur, sed traiectiones etiam verborum, quas carminis necessitas maximas efficit, annotent.

Teneri non
urgendi ad
versus.

Erratum igitur ab illis magistris, qui olim sero, & non nisi cum Rhetoricis praecceptionibus, poetam praelegebant. Multo vero perniciosius, ab aliis, qui praepropera festinatione docendi, in his principiis, rationem carminis explicabant. Mirabiliter enim ingeniola non tantum multitudine, sed confusione etiam turbabant. Nondum loqui didicerunt, & canere eos iubet? summus eorum labor est verba, & nomina orationi concinne sine barbarismis, & solacismis intexere, non igitur doceri iam debent, ea discere, quo carminis ratio constet. Ego perinde praematurus illos poetas facere arbitror, quod nutrices ineptae, quae infantes adhuc inter circulos, & adminicula titubante gressu vix ambulantes, saltare docent. Prompte, copiose, sine metu errandi loquantur, deinde musarum pulsent fores. Ridicula res, tardus, aut claudus saltator, sine agilitate enim, & urbanitate, harmonicus ille motus corporum, ridiculae sunt ineptiae.

Prima scho-
la Gram-
matices.

§. 7. Summa Grammatices Scholae est, in qua cetera quae ad hanc artem pertinent, perfecte explicantur; nempe omnia difficiliora Syntaxeos praeccepta, figuratae constructiones, omnia de arte metrica praeccepta. Omnia Graeca rudimenta.

Utilis gra-
datio cum
apte priori-
bus sequen-
tia super-
struuntur.

Rectissimus ille ordo est, facillimas construendae orationis leges in infirma, faciles in media, difficiles in suprema addiscunt, atque vsu illis venit, quod architectis qui gradus extruunt, semper enim cum superiores superstruunt, inferioribus innituntur.

Quod ad lectiones attinet, ex Oratoribus quidem explicari poterunt primo semestri grauiuscula quaeque Ciceronis ad Familiares, ad Atticum, ad Quintum Fratrem Epistola; altero vero Liber de Amicitia, de Senectute, Paradoxa, & alia huiusmodi: ex poetis vero primo semestri selecta aliqua, ac purgata Ouidii tum Elegiae, tum Epistola; altero quadam item selecta, & purgata ex Catullo, Tibullo, Propertio, & Virgilio Eclogis; vel etiam libri eiusdem Virgilio faciliores, ut Quartus Georgicorum, quintus & septimus Aeneidos. Ex Graecis S. Chrysostomus, Aesopus, Agapetus, & horum similes.

Experimen-
ta hanc me-
thodum pro-
barunt.

§. 8. Temporis distributio, ceteraeque exercitationes analogiam habent cum illis quae dicta sunt. Omnia tamen eruditius exponenda sunt, elegantiaeque ratio summa ducenda est. Inchoanda etiam poetis, primo quidem datis soluto ordine versibus, quos tirones reponant, deinde mutatis nonnullis verbis, ad extremum dictato themate, quod suo Marte pedibus ipsi vinciant, & numeris includant. Hic ordo si constanter, & accommodate seruetur, celeri labore, ingentem fructum parit. Innumeros vidi pueros, qui hac methode instituti, cum anno aetatis nono in huius ingressi essent, vertente duodecimo, pure, & latine loquebantur, scribebant, etiam versus faciles pangebant, auctores Latinos explicabant, & si experimentum quaeritur, centurias talium nostra Gymnasia exhibebant. Hanc docendirationem, ex variis auctoribus probare mihi promptum esset. Sed ad experientiam dictorum, certissimam testem appello. Utinam

Cum do-
ctorum sen-
tentia con-
uenit.

in oppidis hincinde eandem rationem magistri tenerent; aut ut possent, magistratus adlaboraret. Sed crebro stipendiorum tenuitate, alio distrahuntur, dum causarum auctores, & scribae esse simul coguntur. Deinde tantus est labor non docendi modo, sed ad clepsydram docendi, & statas vices mutandi, ut nemo facile onus hoc constanter, nisi qui Deo vitam deuouit, suscipere dignetur.

CAPVT XIX.

De Poesi.

§. 1. **T**IRONEM nostrum iam ad eloquentiae studia, ad oratorem deducimus, non ut ad causas priuatas, aut publicas accedat, sed ut discat, quae postea cum rerum vsus exigit, opportune promat. Eloquentia duplex est: Copiosa, & dilata, quae fluminis instar inundat, quam proprie vocant eloquentiam; & contracta seu adstricta, ut eam Cicero libro de claris oratoribus appellat, quae est Dialectica. Rursum utraque, sed maxime vberior illa palmae, non pugno similis, diuiditur in soluta, & numeris adstricta, seu metrica: dico maxime, nam & dialectices praeccepta metris comprehendi possunt, quin etiam quaedam carmina acuta, breuia, concisissima argutia dialecticen imitantur. Exemplis plena sunt sacra Dauidis, & Iobi carmina, & si epigrammata consulimus, nonnulla latina. Haec si more vulgi perpendas, in tres facultates diuides, quarum perfectionem pauci consequuti sunt: si naturam eloquentiae spectabis, vnum finem intelliges, docere, mouere, persuadere dictione, siue illa verborum flumine animos impellat, trahatue, siue acuta breuitate se penetret, & sine tumultu peragat munus oratoris. Equidem mirari soleo illos qui verborum, & sententiarum ornatu, & maiestate eloquentiam metiuntur, eloquens est quisquis accomodate dicit ad persuasionem: siue ille Tulliano eloquio verba moderetur, siue Chrysippea subtilitate, animos inuadat; Docet hoc non modo experientia, sed diuina etiam litera. Experientia; nam breuis admonitio, clara sententia, opportunum axioma, saepe longis orationibus potentiora sunt. Sacrae litera; quia videmus orationes breuissimas, maximas habuisse vires. L. 2. Reg. c. 14. v. 5. Heu, mulier vidua ego sum: mortuus est enim vir meus. Et ancillae tuae erant duo filii: qui rixati sunt aduersum se in agro, nullusque erat, qui eos prohibere posset: & percussit, alter alterum, & interfecit illum. Et ecce conjurgens vniuersa cognatio aduersum ancillam tuam, dicit: Trade eum qui percussit fratrem suum, ut occidamus eum pro anima fratris sui, quem interfecit, & deleamus heredem: & quorum extinguere scintillam meam, quae relicta est, ut non super sit viro meo nomen, & reliqua super terram. Et ait rex ad mulierem, Vade in domum tuam, & ego iubebo pro te. Dixitque mulier Theocitus ad Regem. In me Domine mire sit iniquitas, & in domum patris mei: rex autem & thronus eius sit innocens. Et ait rex, Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, & ultra non addet ut tangat te. Quae ait, Recordetur Rex Domini Dei sui, ut non multiplicentur proximi sanguinis ad vltiscendum, & nequaquam interficiantur filium meum, Qui ait, vixit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui super terram. Dixit ergo mulier, Loquatur ancilla tua ad Dominum meum Regem verbum.

Et ait, Loquere, Dixitque mulier. Quare cogitasti huiusmodi rem contra populum Dei, & locutus est Rex verbum istud, ut peccet, & non reducat eiectum suum? Omnes morimur & quasi aqua dilabimur in terram, quae non reuertuntur: nec vult Deus perire animam, sed retractat, cogitans ne penitus pereat, qui abiectus est. Nunc igitur veni, ut loquar ad Dominum regem meum verbum hoc praesente populo. Et dixit ancilla tua, Loquar ad Regem, si quo modo faciat Rex verbum ancillae suae. Et audiuit Rex ut liberaret ancillam suam de manu omnium qui

Eloquentia
Poesin, Rhe-
toricen, Dia-
lecticen am-
plectitur.

Non est ita-
rum eloque-
tia, quae
copiosa est,
sed etiam
breuis, &
quae cumque
est accom-
modata &
ratio.

Hac oratio
quae vix a-
pud Cice-
nem exor-
ditur, per-
fusa est.